

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 5: De ambitione (2)

Ambrosius:

Non renuntiat mundo,  
quem terrene possessionis delectat ambitio.

Nec renuntiat mundo is  
quem terrenae possessionis adhuc delectat ambitio;  
quia quandiu sua non relinquit, mundo,  
cujus bona retinet, servit;  
et utique non potest mundo servire simul et Deo;  
ac sic propterea voluit Deus cultores suos omnibus  
renuntiare propter quae diligitur mundus;  
ut exclusa cupiditate mundi,  
divina in eis caritas possit augeri vel perfici.

Iulianus Pomerius, *De uita contemplativa*, 2.16  
(PL 59, col.460C-461A).